



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, 1709

IX. Octobris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)

S. Dionysius à fidei hostibus flagellatus , & super lectum ferreum affatus cantabat, huic Deipara morienti adfuit, quam etiam sanus videre meruit , è cuius conspectu se intus & foris odore splendoréque perfusum, tantam insuper animo voluptatem hausisse f. ffus est, ut nisi fides prohiberet, eam Deam esse credidisset. *Canisius*. Quid erit totâ eam æternitate intueri?

S. Dionysi ora pro me , ut post agonem feliciter superatum, & DEI, & Matris ejus visione æternum fruar. Tu felici tramite caput ipse demessum ad sepulchrum deportasti ; fac ut ego vivens eò semper tendam tramite, ut à porta cœli non aberrem. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima ! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde , omnibusque tam corporis , quàm animæ viribus centies millies , imò infinities te saluto : te omniposibili &c. f. 190.

Ad quod impetrandum : cœlum sæpius hodie suspiciam, & Mariam videndi desiderium excitabo.

Tanta Mariam videndo omnium in me odoramentorum superabundavit fragantia , ut nec corpus , nec spiritus posset tantæ felicitatis insignia sustinere. Defecit cor meum ; defecit spiritus meus, tantæ gloriæ Majestatem perfusus. Ita S. Dionys. in ep.

Quæstio : An B. V. vivens splendorem à se diffuderit ? v. *Canisium*. X